

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad solemnem funcris processum Quem ... Dn. Petro Laurenbergio, Medicinae Doctori eximio ... Cives Academicos diligenter invitat ...

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756284783>

Druck Freier  Zugang



riac
orum
ingenium.

Kl. 241. (3.) <son>

26

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Doctor &
Professor.

Ad solemnem funeris processum

Quem

Viro Clarissimo, Experientissimo & Ex-
cellentissimo

Dn. PETRO
LAURENBERGIO,


Medicinæ Doctori eximio,

ac Professori Poëeos cele-
berrimo,

ADORNANT

Mæstissima Vidua ac superstites liberi,
Cives Academicos diligenter invitat,

utq. frequentes in æde Jacobæ ad horam pri-
mam compareant, sedulo hortatur.



R OSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. Anno 1639.

Nr. 24163

RECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S.S.Theologiæ Doctor
& Professor.

Vix triduum elapsum est, quando ad dormitorium usq; deduximus Professorem celeberrimum, virum linguarum orientalium peritissimum: Hodie justa facimus, & omnium nostrum matri; terræ scil. unde desumptus est, commendamus Experiētissimum, Clarissimum & Excellentissimum virum Do. PETRUM LAURENBERGIUM, Medicinæ Doctorem, & Poësios Professorem famigeratissimum, amicum & collegam nostrum, dum vivebat, dilectum. Hujus viri beatâ ex hac vitâ emigratione, quantum Academia patiatur damni, tum demum omnium reūtissimè intelligemus, dum illi in multis simili-
mum, respectu eloquentiæ, aliorumq; donorum divinitus concessorum, vix reperiemus. Experiē-
mur tunc veritatem triti illius proverbij, etiam à Plauto in capteiveo repetiti: Tum deniq; homines nostra intelligimus bona, cum quæ in potesta-
te habuimus, ea amisimus. Faxit Jehova, ne mors
yirorum clarissimorum Academiæ nostræ alias sa-
tis af-

tis afflictae, & ruinam minitantis, aliquod insigne portendat malum. Cæterum more consueto vitam nostri defuncti collegæ descripturi, illius vivi adhuc sequemur ductum, & quæ nobis ipse vivus hac de re prescripsit, breviter apponemus.

PETRUS LAURENBERGIUS nascitur Rostochij

Anno 1585. die 26. Augusti patre D. GULIELMO LAUREMBERG, Medicinae & superiorum Mathematicum Professore pratico celeberrimo. Matre JOANNA LONGOLIA Nobili ultrajectensi Batava, nepte JOHANNIS & HISBERTI LONGOLIORUM. Fundamenta literaria jecit Rostochij sub Clarissimo quondam Academia nostræ Professore, tum temporis Schole apud nos trivialis Rectore Dn. Paulo Tarnovio. Ingenium ejus egregium & singulare ostendit se statim in pueritia. Vix undecim annorum puer sub ductu Dn. TARNOVII integra poemata Græca ut archonautica, nunquam antea latine facta convertit, & aliquando 14 distincta genera græca & latina à se composita, magna cum admiratione exhibuit. In Schola triviali etiamnum confidens, cum pater illius publicè explicaret Brucæ librum de I. motu, indulta illi fuit quotidie una hora, qua istam audiret lectionem, post rediit ad Scholasticos labores, & ita ateneris Oratorium Poësin & Mathesin excoluit. Adolescens ibidem in Academia patria Philosophiam peripateticam reliquam tractavit per aliquot annos. Cumq[ue] paterna

A 2

arte

arte delectaretur, capit. Et huic Mathematicisdi-
sciplinis porro potiorem studiorum partem consecrare.
Hic juvenilem etatem agens, antequam unquam pe-
dem Rostochio efferret, studiosis alijs multo se seniori-
bus Astronomiam praelegit, et in Collegio disputato-
rio proposuit, quarum disputationum aliquot, hic pu-
blicè sunt impressæ. Anno 1608. Academiam Lugdu-
no Batavam in visit, ibidemque substitit per biennium
admissus in amicitiam singularem favorem f. Sca-
ligeri C. Clusij P. Pavij D. Baudij. Conscriptis ibidem et
typis vulgavit Astram de usu globorum. Postquam
principias Belgij provincias Surbes perlustrasset, effeqz
Lovanij aliquanto commoratus Anno 1610. in Gal-
liam profectus est, gratia aedundi f. Quercetanum
et And. Laurentium Medicos, toto orbe celeberrimos,
sed uterque paulo ante illius adventum concesserat fa-
tis: Interea dum Lutetiae parisorum commoratur
utens familiaritate, tum aliorum medicorum, tum
principue f. Rectani f. Guavij, accidit ut et Regina
mater corona donaretur, et Henricus Magnus ma-
nus parricida F. Ravallaci tolleretur de vita. ob eas
urbas Lutetia relata, perrexit ad alias Gallia urbes,
praefectus nobilibus nonnullis Borussis, quos et eru-
dijt et peregrinantes duxit. Cum pervenisset Salma-
rium ad Ligurim, a Philippo Mornao plesiaci Domi-
no, Gubernatore ejus loci, benignè exceptus est, non so-
lum alloquio, sed et convictu et habitatione dome-
stica.

stica. Ejus consilio & suasu adjunctus est LAUREM-
BERGIUS morum Magister, & Praeceptor illustri &
generoso adolescenti Anglo Guelmo W. Corenallie,
quo cum primum universitatem Pictaviensem, hinc
plerasq; urbes vicinas interjectas perlustravit, & tan-
dem Tholosum pervenit. Inde cum porro in Italiam
progedicūm suo comitatu constituisset, factum est, ut
dum Montalbanum transirent, allecti loci amoenita-
te, & Academie commoditate, per astatem ibi subsi-
stent. Florebat quidem tam studiosorum multitudi-
ne, tum Professorum celebritate Academia Montal-
banensis. Sed ante id tempus disciplinas Mathemati-
cas nemo in ea proposuerat. Qua causa LAUREMBER-
GIUS motus, totam fere, rogatu & permisso senatus
Academicī publice docendo gratis explicavit, magna
auditorum frequentia & applausu. Itaq; Anno 1611.
iussu Regis & consensu procerum oblata illi & com-
missa fuit professio Philosophica ordinaria, quantum va-
cua erat. Et primo anno pro more istius Academicie
mane per continuas duas horas, Itemq; meridie totidem
Aristotelis organon Logicum grecum auditori-
bus suis interpretari iussus est, singulis vero diebus ex-
tra ordinarius semel disputationem publicam habere.
Secundo anno curriculum physicum Aristotelicum o-
portuit illum absolvere, itaq; explicuit pleraq; omnia o-
pera physica Aristotelis, libros physicos de celo, de ani-
ma, Meteorol. &c. omnia hæc commentaria sub titulo

D 3

collegij

collegij Montalbanensis LAUREMBERGIA-
NI. Et sic Secundo anno absolute Philosophico curri-
culo auditoribus suis Lauream seu gradum Magiste-
rij contribuere mos eum jussit. Ita alternis annis hunc
laborem repetit. Cumq; ejus fama percreberet per
Academias Galliae & Oras, solemniter quoq; voca-
tus fuit ad cathedram medicinae Theoreticae, in Aca-
demia Monpeliensi, quam & acceptasset, nisi tum cre-
brae literae S. P. Q. Hamburgensis & consanguineo-
rum serio & valde instanter Hamburgum avoca-
sent, ad novum Gymnasium exornandum, Deum
vocantem secutus est, illuc ivit, relicto Montalbano
Anno 1614. Hic in honore & amore ab omnibus ha-
bitus per decennium, docendo & disputando juventu-
tem gloriose erudit, uti hodie toto est notissimum calo.
Sed cum, nescio quibus de causis Gymnasium diutius
superstes nollent antistites, neq; stipendia ero garentur,
vocarunt illum principes sui nativitatis & collegium
Ducale in Academiam Patriam Rostochium, ad
Professionem poeseos, quam acceptavit, & ut nemini
ignotum est celeberrime exornavit, quanquam
interim forte genio & ingenio aptior ad Medicinam
aut Philosophiam, aut aliud munus. Huc Rosto-
chium cum familia se transferens Anno 1624. usq;
in presentem 1639. functus est officio Professorio.
Quam acris & disquisiti fuerit judicij in rebus in-
veniendis, alijsq; examinandis, quam admiranda
item

item & divina memoria , id in cognitione , &
ore est omnium . Totum illud tempus 38. an-
norum quo legit & disputavit , peroravit , nun-
quam visus est ulla schedula , aut papiro usas in
cathedra , sed omnia memoriter & ex tempore in
credibili promptitudine edisseruit , tot ille oratio-
nes funebres in solemnitate Illustrissimorum Du-
cum , de suggesto , tot promotiones & orationes si-
ne omni chartarum adminiculo , & ulla tituba-
tione habuit . Una cum Gallicis illis operibus 81.
libros in omnigeno genere facultatum & lingua-
rum evulgavit , partim in Gallia , partim superiori
Germania , Belgio , & alibi . Plurima etiam in illius
Bibliotheca nondum edita servantur . Pueriles il-
los libellos excusos , in nullo precio aut numero
habuit . Corporis constitutione fuit à prima nati-
vitate phtisica , macilenta , debili , quæ lues etiam
illi suprema fila vitæ abrupit , post quam vixisset
Annos 53. cum 6. mensibus . Matrimonium iniit
Anno 16. cum lectissima & pudicissima virgine
MARGRETA CARMONIA , nunc vidua moestissima , vi-
ri integerrimi & Honestissimi Dn . JACOBI CARMO-
NII , civis & negotiatoris apud nos quondam pri-
marij , & MARGARETEN Sybethen / matronæ lauda-
datissimæ filia , ex qua defuncto nostro sex natî
sunt liberi , JOHANNA , MARGARETA CATHARINA
JACOB SEBASTIAN , GULIELMUS , PETRUS , GER.

T R U -

TRUDIS, quorum tres fatis concederunt, nimirum
GULIELMUS, CATHARINA & PETRUS. Reliqui tres
adhuc Dei gratia superstites. Obiit autem defun-
ctus noster 13. die mensis Maij hor. 5. matutina, in-
ter preces & suspitia suorum. Ratione & loquela
usq; ad ultimum vitæ halitum usus, ut dormire
potius quam mori videretur. Postquam enim 12.
integras septimanas lecto affixus fuisset, vires ita
prostratae fuerunt, ut sine ullo doloris sensu spiri-
tum extremum exhalaret. Viri hujus dum vive-
bat egregij, professoris nostri Lycæi celeberrimi
exuvias relicta vidua, ac superstites liberi mæstissi-
mi, terræ mandare hodie decreverunt, Proinde à
vobis cives Academicci id petunt, quod & hu-
manitati & æquitati convenit, funus scil. frequen-
tes comitemini, & hoc pacto vestrum erga de-
functum honorem & amorem contestemini. Fa-
cietis id eo libentius, quo olim defunctum no-
strum ore facundo ac diserto differentem ultra-
horam sine tardio audivistis. Fiet autem conven-
tus in æde Jacobæa ad horam primam pomeri-
dianam. P. P. Rostochij subsigilo Uni-
versitatis 17. Maij

Anno 1639.




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 098

the scale towards document

ges ac Principes s^ep^e attoniti audire: Suas
eminentis vim, non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres s^ep^e sensere. De
s non tantum privati, sed & publici partibus,
minis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus recte instituendis, litium prolixis telis
ad publicam salutem conservandam necessaria
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
luit alter Sulpitius, studio, usu, experientia, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientia
olanè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
ctorū disertissimū & oratorū juris peritissimū
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
imniatum, invidiæ & livoris iclus ac mortus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatisissimus fuerit, semper tamen
n respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imo & excultor perpetuus fuit.
viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
dente, eidem in officio suffetus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vita statione fidum
tiones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
tiri & Labeonis JCt ex exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichy J. D. eximij,
demicum sibi creditam, luculenter feceravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
navit, seq; invictum reddidit: ast à morbis corporis se-
otius quod animo fortior, ed semper fait corpore debilior:
um in itinere quodam officij ratione sucepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplici gessit, ita non multò
sentavit, & inædis inducijs indulcis, majori paulò post
tuans, incrementum sumpxit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræ obstructiones, & quar-
oles scorbutus, perennis iudem à capite ad fauces & pul-
ascens indelinens tusus, cuius vehementia, venuia pul-
monum